non habet. Orige. i celis ſine matre
in terris ſine patre. Et ipſi nō intelle
xerunt verbum qđ loquebat. Ly. qꝛ
adhuc non erāt aſſueti talia audire
ab eo. Et deſcendit cum eis ⁊ venit
naſareth ad eoꝝ ꝯſolationē. Et erāt
ibi ſubdit⁹ illis. ad nr̄am inſtructio
nem. ⁊ mater ei⁹ cōſeruabat omnia
verba hec in corde ſuo. Omnia enim
que vidit vel audiuit a xp̄o fieri quo
rum tūc plenam ꝯgnitionem nō ha
bebat memorie tenuit. vnde Beda.
Virgo maria q̄ intellexit ſiue q̄ dum
intelligere nō potuit omnia in corde
ſuo q̄ſi rumināda ⁊ diligenti⁹ ſcrutā
da recōdebat. Hoc eſt ꝯtra nos obli
uioſos q̄ nec aliquid qđ de deo ⁊ ſa
lute animaꝝ noſtraꝝ audimus. me
moriter retinem⁹. Sȝ ſum⁹ ſicut vas
cōfractum qđ nihil poteſt continere
vnde Eccle. xxi. Cor fatui q̄ſi vas cō
fractum omnem ſapiētiam non tene
bit. iheſus autē ꝓficiebat etate Gor.
quo ad corpis incremētum ſcz de in
fātia ad puericiam. de puericia ad iu
uentutem. ⁊ ſapīa. Ly. nō quantum
ad rem ſed quātum ad oſtēſionem i
effectu inquātum ſapiam ſuam. non
tantum humanam ſed etiam diuinā
magis oſtendebat ſm ſuū beneplaci
tum. ⁊ put noſtre ſaluti expediebat
apud deum ⁊ apud homines .i. deo
ad laudem. ⁊ hominib⁹ ad ſalutē ꝓfi
ciebat.

Dominica prima poſt octauas epi
phanie. Euāgelium ſm Jo. ij.

In illo tpe. Nuptie facte ſūt in chana
galilee: ⁊ erat mater iheſu ibi. voca
tus eſt autē ⁊ iheſus ⁊ diſcipuli ei⁹
ad nuptias. Et deficiente vino: dicit
mater iheſu ad eum. vinū nō habēt
Et dicit ei iheſus. Quid mihi ⁊ tibi ē
mulier: Nōdū venit hora mea. Dicit
mater eius miniſtris. Quodcunqȝ dixe
rit vob facite. Erāt autē ibi lapidee
ydrie ſex poſite ſm purificationē iu
deoꝝ capientes ſingule metretas bi
nas vel ternas. dicit ei iheſus Imple
te ydrias aqua ⁊ impleuerūt eas vſqȝ
ad ſummū. ⁊ dicit ei iheſus. haurite
nūc ⁊ ferte architriclino. ⁊ tulerūt
vt autē guſtauit architriclin⁹ aquā
vinum factum. ⁊ nō ſciebat vnde eſ
ſet. Miniſtri autem ſciebāt qui hau
ſerāt aquam vocat ſponſuȝ architri
clin⁹ ⁊ dicit ei. Omnis homo primuȝ
bonum vinum ponit: ⁊ cum inebria
ti fuerint tunc id qđ deterius eſt. Tu
autem ſeruaſti bonū vinum vſqȝ ad
huc. Hoc fecit inicium ſignorum ihe
ſus in chana galilee ⁊ manifeſtauit
gloriam ſuam Et crediderūt in eum
diſcipuli eius

Poſtilla

Nuptie facte ſūt in chana gali.
Jo. ij. Miraculum iſtud dn̄s ihe
ſus fecit Anno eius. xxxi. octauo yd⁹
ianuarij luna. xv. feria. ij. indictiōe
iiij. Ante iniciū euāgelij ſcribit ſcūs
Jo. de vocatiōe diſcipuloꝝ xp̄i. tunc
dicit eis Amē amen dico vobis vide
bitis celū apertū ⁊ angelos dei deſcē
dentes ⁊ aſcendētes ſup filium hoīs.
tūc ſequit euangeliū hodiernū. Nup
tie facte ſunt in chana galilee. Gor.
Chana ē nomē ville in q̄ facte ſūt nu
ptie in ꝓuincia galilee. Et iſta villa
diſtat a iheruſalē q̄ſi trib⁹ dietis. Et
iſte nuptie facte ſunt eadē die q̄ xp̄s
baptiſat⁹ eſt reuoluto vno āno. Et
erat mater iheſu ibi. Non dr̄ hic ꝙ fu
erit vocata qꝛ rōne ꝯſanguinitatis
veneāt nāqȝ officioſa ſicut etiā abijt
in montana ad eliſabeth ad ſeruien
dum ei. Luce. p̄. Ratione hui⁹ etiam
vocat⁹ fuit domin⁹ iheſus cum diſci
pulis ſuis. Criſoſtom⁹. vocatus eſt
iheſus ad nuptias nō vt aliquis mag
nus ſed vt cōſanguine⁹ ⁊ ipſe vt hu
milis nō reſpuit ſed venit. Sed quō
vocati ſūt ihs ⁊ mat̄ eius ⁊ diſcipuli

ad nuptias cũ eſſent paupes q̃les nõ
ſolẽt ad cõuiuia vocari. Reſpondet
ꝙ ſponſus ⁊ ſpõſa paupes fuerũt ⁊
ideo paupes īuitabãt. Xp̃s aũt nup
tijs intereſſe voluit vt nuptias appro
baret ⁊ errorẽ eoꝝ excluderet q̃ nup
tias damnant. vñ Beda. ſi thoro im
maculato ⁊ nuptijs debita caſtitate
celebratis culpa ineſſet: nequaq̃ꝫ do
min9 ihẽſus ad has venire voluiſſet.
Vñ. i. Coꝝ. vij. Nõ peccat mulier ſi
nubat ſi vxorẽ accepiſti nõ peccaſti:
ſi nupſerit v̉go nõ peccat. ⁊ deficiẽte
vino. in ipſo cõuiuio qḋ ẽ ſignũ pau
pertatis. dicit mater ihẽſu ad eũ. Vi
nũ non hñt. ſcꝫ miniſtri ad ꝯpinãdũ
. et dr̃ ei ihẽſus. Quid mihi ⁊ tibi eſt
mulier. Tho. q. d. defect9 iſte nõ ptĩ
net ad me vel ad te: ſed ad illos quo
rũ ſũt nuptie. Nondũ venit hora mea.
Criſ. q. d. q̃d rogas ⁊ petis vt faciã
miraculũ anteq̃ꝫ ſit hora ꝯueniẽs ad
hoc. Licet eñi vinũ deficeret nõdum
tñ defect9 vini erat oĩb9 manifeſt9.
Xp̃s aũt volebat vt oẽs p̃mo ſcirẽt
defectũ vt ſic poſtea miraculũ eſſꝫ oĩ
b9 certũ ⁊ manifeſtũ. d. mater ihẽſu
miniſtris .i. ſeruitoribus cõuiuij. Qḋ
cũqꝫ dixerit vobis facite. Tho. credẽ
dum eſt ꝙ btã virgo nunq̃ꝫ aliq̃d pe
tijt a filio: qḋ ipſe nõ fecerit. Et nõ li
cet aliq̃ntulũ dure videret̃ matri tñ
dere. ipſa tñ firmiſſime ſciuit eũ factu
rum qḋ petiuerat. Et iõ di. miniſtris
qḋcũqꝫ dixerit vob̃ facite. Erãt aũt
ibi. ſcꝫ ĩ domo cõuiuij. lapidee ydrie
ſex poſite ẜm morẽ iudeoꝝ .i. purifica
tionẽ iudeoꝝ. vtꝫ Mat. vij. phariſei
et oẽs iudei niſi crebro lauẽt man9
nõ manducãt panẽ. capiẽtes .i. cape
re valẽtes. ſingule metretas .i. men
ſuras. binas vel ternas di. eis .i. mi
niſtris. ihẽſus. rogat9 a matre. imple
te ydrias aqua ⁊ impleuerũt vſqꝫ ad
ſummũ. vt nihil vacuitatis remane
ret. ⁊ dicit eis ihẽſus Tho. iam facta
trãſmutatiõe cui9 omnipotẽtia iam
aquam in vinũ cõuerterat. Ego po
teſt ſimiliter panem in corp9 ⁊ vinũ
in ſanguinem trãſmutare. Haurite
nũc ⁊ ferte architriclino. vnde Cri.
architriclin9 dicitur quaſi ordinator
vel diſpẽſator in cõuiuio. ⁊ tulerũt.
ẜm imperiũ domini noſtri ihẽſu xp̃i.
Et notãdum ꝙ miniſtri obedientes
fuerũt in fundẽdo ⁊ in hauriẽdo ⁊ in
deferẽdo. vt autẽ guſtauit architri
clin9 aquam vinum factam. ⁊ nõ ſci
ebat vnde eſſet. miniſtri autem ſcie
bãt qui hauſerãt aquam. vocat ſpõ
ſum architriclin9 ⁊ di. ei. omnis ho
mo primũ .i. in principio conuiuij. bo
num vinum ponit. in mẽſa. ⁊ cum in
ebriati fuerint. cibo ⁊ potu boni vini
. tũc id quod deteri9 eſt. id ẽ min9 bo
num. tu autem ſeruaſti vinum bonũ
vſqꝫ adhuc. immo optimum. ⁊ ſicut
di. Criſoſt. hoc eſt generale in omni
bus miraculis quod ſemper ad nobi
lius terminatur q̃ꝫ natura poſſit. Nũ
q̃ꝫ natura facit ita bonũ vinuꝫ ſicut il
lud fuit. Nunq̃ꝫ aliq̃s piſtor ita bonũ
panẽ facit ſicut qñ xp̃s panes mĺtipli
cauit. vñ ꝓpẽ hoc q̃ comederũt de pa
nib9 iſtis voluerũt eũ facẽ regẽ. Jo.
vi. Itẽ natura nunq̃ꝫ potuit dare ita
claꝝ ⁊ acutũ viſũ ſicut ipẽ xp̃s dedit
ceco nato. Jo. ix. Hoc initiũ ſignoꝝ
fecit ihẽſus in chana galilee ⁊ maifẽ
ſtauit gl̃aꝫ ſuã Glo .i. latẽtẽ diuitatẽ
rõe edificatõis diſcipuloꝝ. vñ ſbdit
. ⁊ crediderũt ĩ eũ diſcipl̃i e9 .i. firmi9
crediderũt viſo miraculo roborati ſũt ĩ
fide ãpli9 ⁊ amore ei9 Vltio notãdũ
ꝙ ſcũs tho. de aquino in tercia parte
ſumme. q. xliiij. d. ꝙ domin9 ante il
lud miraculũ cõuerſionis aque in vi
nũ nullũ aliud fecit in hũana natura
et iõ libell9 de ĩfãtia ſaluatoris ꝯtra
riũ h9 dicẽs reꝓbat9 ẽ tanq̃ꝫ ab hẽticis

cõfectꝰ vtȝ in decreto gelaſij. Vñ ac
ca pñs euangelium vbi dr̃ nuptie fa
cte ſũt in chana ⁊c̃. Querit̃ quid ſit
matrimoniũ. Reſpõdet hugo de pra
to ꝙ ↄſenſus exp̃ſſus volũtarie ⁊ nõ
ficte vel coacte de v̉bis de pñti efficiat
matrimoniũ. Carnis aũt copula ipſũ
conſũmat. Alia aũt q̃ ꝓcedũt vt pro
miſſio de accipiẽdo ſũt ſponſalia nec
efficiũt matrimoniũ. ſimiliter q̃ comi
tant̃ vt miſſio ãnuli q̃ eſt ſignum ma
trimonij ⁊ inſtrumẽtum. Et omnia
alia q̃ obſeruant̃ in matrimonio ſũt
quedã ſolemnitates matrimonij nõ
ꝙ efficiũt matrimoniũ. Cõſenſus au
tem ille eſt in cohabitationeȝ ꝑpetu
am ⁊ in copulam carnalem. Itẽ no
tandũ ꝙ inter xp̃ianũ ⁊ quantũcun
ꝗ aliam perſonam nõ baptiſatã non
poteſt eſſe cõiugium cũ baptiſmꝰ ſit
ianua ſacramẽtorum. ſimilit̃ ſi aliq̃s
infidelis cõuertit̃ ad fidem ⁊ eius vx
or nollet cõuerti poteſt accipere aliã
vxorem Et ſimile eſt de vxore. Quia
nõ eſt cõuentio lucis ad tenebras ne
ꝗ xp̃i ad belial vt di. apoſtolus. ij.
ad coꝝ. vi. Item qñ quis timore co
actus accipit aliq̃. Si eñ poſtea qñ
eſt in loco tuto non ↄſentit p̃t eã di
mittere q2 matrimonia debẽt eſſe li
bera ⁊c̃. Item notandũ ꝙ philo. in
polli. d. Mas nõ debẽt cõtrahere añ
xxvij. annũ ⁊ puella ante. xviij. ãnũ
al's fetus imperficit̃ q2 mas ⁊ femina
tũc non creſcũt. oportet tñ ⁊ p̃uem
ri pñt p̃fata tempora aliqñ ꝓpter in
continẽtiam

Dñica ſecũda poſt octauas ephie
Euangeliũ ſcḋm Math. viij.

In illo tempore Cum deſcẽdiſſet ihs
de mõte ſecute ſũt eum turbe multe
Et ecce leproſus veniẽs adorabat eũ
dicẽs Domine ſi vis potes me mũda
re. Et extẽdẽs iheſus manum tetigit
eum dicẽs Volo mũdare. ⁊ cõfeſtim
mũdata ẽ lepra eius. ⁊ ait illi ihs.
vide nemi dixeris: ſed vade oſtẽde
te ſacerdotibꝰ: ⁊ offer munꝰ tuũ qḋ
precepit moyſes in teſtimoniũ illis.
Cum autem introiſſet capharnaum
Acceſſit ad eũ centurio. rogãs eũ ⁊
dicẽs Domine puer meꝰ iacet in do
mo paraliticus ⁊ male torquet̃ ⁊ ait
illi iheſus ego veniam ⁊ curabo eum.
et reſpondẽs centurio ait. Domine
non ſum dignꝰ vt intres ſub tectum
meũ: ſed tm̃ dic verbo: ⁊ ſanabit̃ pu
er meꝰ. nam ⁊ ego homo ſum ſub po
teſtate cõſtitutꝰ habens ſub me mili
tes. ⁊ dico huic vade ⁊ vadit: ⁊ alio
veni ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo fac hoc ⁊
facit Audiẽs autem iheſus miratꝰ eſt
et ſequẽtibꝰ ſe dixit. Amẽ dico vob:
nõ inueni tãtam fidem in iſrl̃. Dico
autem vobis. qḋ multi ab oriente ⁊
occidẽte veniẽt. ⁊ recũbent cũ abraã
yſaac ⁊ iacob in regno celoꝝ. Filij
autẽ regni eijcient̃ in tenebras exteri
ores: ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dentiũ ⁊
dixit iheſus centurioni: vade ⁊ ſicut
credidiſti fiat tibi: ⁊ ſanatꝰ eſt puer
in illa hora.

Poſtilla.

Cum deſcẽdiſſet iheſus de mõte
Mat. viij. Mar. p̃. Lu. vi. Hy
ſtoria huiꝰ euãgelij facta ẽ Anno xp̃i
xxxi. ij. ydꝰ iulij. feria. v. luna. xvi.
indictione. iiij. Glo. Poſtq̃ dñs do
cuerat diſcipulos in mõte deſcẽdit in
vallem vt turbas docẽt. ⁊ ſanaret
turbaꝝ infirmos q̃ ſeq̃bant̃ eum. Di
ſcipulis eñ tãq̃ ꝑfectoribꝰ ſermonẽ
fecit in mõte. turbis aũt tanq̃ imper
fectis in valle p̃dicauit ⁊ ſcḋm haymo
nẽ. Exemplo xp̃i debẽt facẽ p̃dicato
res vt ĩ p̃dicatõe ſua habeãt ſermo
nẽ ꝑpatũ. Et ſicut ſciũt vnũqueꝗ ca
pere poſſe ita ⁊ v̉bũ dei ãnũciẽt. vñ
eciã Gre. ſcḋm capacitatẽ auditoꝝ for
mandꝰ eſt ſermo doctoris. ſecute ſũt
eum turbe Gor. ꝓpter quaꝝ ſeq̃lam